

BIBLIOTHECA
SCRIPTORUM MEDII RECENTISQUE AEVORUM

REDIGIT L. JUHÁSZ, SZEGED (HUNGARIA)

SAECULUM XVI.

THOMAS STRETZINGER

ORATIO

DE DIVO LEOPOLDO III. AUSTRIAEC MARCHIONE
IN UNIVERSITATE VINDOBONENSI HABITA

EDIDIT

HERMANNUS MASCHEK

MCMXXXIV. — LIPSIAE — B. G. TEUBNER

BIBLIOTHECA
SCRIPTORUM MEDII RECENTISQUE AEVORUM
REDIGIT L. JUHÁSZ, SZEGED (HUNGARIA)

SAECULUM XVI.

THOMAS STRETZINGER

ORATIO
DE DIVO LEOPOLDO III. AUSTRIAEC MARCHIONE
IN UNIVERSITATE VINDOBONENSI HABITA

EDIDIT

HERMANNUS MASCHEK

MCMXXXIV. — LIPSIAE — B. G. TEUBNER

Jq. kot.

114.932



EXCUDEBAT TYPOGRAPHIA ÁRPÁD NOMINATA, SZEGED (HUNGARIA)

INTRODUCTIO.

De Thoma Stretzinger.

Thomas Stretzinger e Neunburga Forensi (Korneuburg) ortus est. Nec annum, quo natus est, nec eius studiorum et vitae cursum novimus. Stretzinger, ad quem loachimus Vadianus octostichon scripsit, orationem de Leopoldo III. Austriae marchione habitam preeposito monasterii Claustroneoburgensis (Klosterneuburg), Georgio Hausmanstetter dedicavit, in cuius honorem Cuspinianus ad eius preces librum de historia Austriaca, cuius titulus Austria, composuit. Thomam Stretzinger igitur cum Cuspiniano et Celti et Vadiano et aliis, qui ineunte saeculo XVI. in universitate Vindobonensi studia humanitatis promovebant, familiaritate iunctum esse iure coniecturam facere possumus. Secundum documenta a. 1515. et 1518. Thomas presbyter saecularis Pataviensis fuit.¹⁾ Praeterea eum munere notarii universitatis Vindobonensis functum esse constat. A. 1521. doctoribus omnium facultatum in aulam universitatis convocatis primum litteras Caroli V. imperatoris, tum bullam apostolicam mandatumque rectoris promulgavit, ut intra octo dies omnes libri Lutherani ad notarium comportarentur.²⁾ Bianno post die 4. mensis Augusti a. 1523. Stretzinger mortem sibi consivisse necrologium Claustroneoburgense memoriae tradit: „A. d. [15]23 mag. Thomas Straeczinger semet suspendit.“³⁾ Cuius facti causam ignoramus.

Ex operibus Thomae Stretzinger haec sola oratio a. 1513. typis impressa ad nos pervenit, in qua divum Leopoldum III. Austriae marchionem e gente Babenbergica ortum laudibus celebravit. A. 1492. a facultate theologica universitatis Vindobonensis in festo S. Leopoldi sermones haberi coepti erant, quorum oratorum primus Ioannes Forter ordinis Carmelitarum fuit.⁴⁾ Stretzinger orationem ineunte a. 1513. prelo mandatam die 15. mensis Novembris a. 1512. habuisse videtur. Rector huius anni Georgius Collimitius Tannstetter et decanus theologorum I. L. Ricutius Vellinus fuit. In orationis pafatione non solum Georgius Hausmanstetter, sed etiam decanus coenobii Vincentius Weissenberger commemoratur, quibus opusculum dicavit.

1) *Quellen zur Gesch. d. Stadt Wien*, pars II., vol. IV., nr. 6081., 6140.

2) *Conspectus hist. univ. Vienn.*, Viennae 1724, pars II., pag. 11!.

3) *Mon. Germ. Necrol.* Tom. V., pag. 105.

4) *Conspectus*, loc. cit., pag. 56.

De editione orationis.⁵⁾

Orationem Thomae Stretzinger sola editio a. 1513. excusa ad nostram aetatem servavit.

Titulus: Oratio de divo Leopoldo, | habita a uenerabili uiro magistro Thoma | Stretzinger ex Neuburga Forensi. *Finis:* Impressum Viennae Austriae per Hieronymum Vietorem, et | Ioannem Singrenium. Nonis Februariis. Anno do | mini Millesimo quingentesimo decimo tertio. — Habet fol. 6. — Fol. 1r Ioachimi Vadiani octostichon ad Thomam Stretzinger a nobis in appendice editum continet.

De vita divi Leopoldi III. Austriae marchionis.

Leopoldi III. parentes Leopoldus II. et Itha fuerunt. Patre a. 1095. mortuo ad gubernacula marchionatus Austriae accedens ab Henrici IV. imperatoris partibus stetit, quo a. 1106. relicto in partes filii eius Henrici V. Agnetem sororem ei in matrimonium dantis transiit. Mox Leopoldus in poenitentiam versus, quod sine causa Henricum IV. reliquisset, a. 1108. monasterium Claustroneoburgense, ut pro admisso periurio se deo conciliaret, pro memoria socii imperatoris fundavit.⁶⁾ Fama est Leopoldum loco, ubi flammeolum vento valido capiti Agnetis uxoris diu avulsum invenerat illaesum et integrum, monasterium construxisse. Leopoldus in rebus publicis gerendis prudenter versatus a. 1112. et 1114. Moguntiaci et a. 1121. Ratisbonae moratur. Post mortem Henrici V. a. 1125. Germaniae principes eum ad imperium eligere cogitaverunt, quem honorem sibi oblatum reipublicae causa recusavit. Postea ad Austriam tuendam totum se Leopoldus contulit. Agnes coniunx plures liberos peperit, quorum clarissimi sunt: Henricus dictus Iasomirgott Austriae dux, Conradus episcopus Pataviensis et archiepiscopus Salisburgensis, Otto Frisingensis episcopus rerum Germanicarum scriptor, quo suasore pater claustrum ad Sanctam Crucem (Heiligenkreuz) ordinis Cisterciensis fundavit. Leopoldus die 15. mensis Novemberis a. 1136. mortuus in ecclesia coenobii Claustroneoburgensis sepultus est et ab omnibus eadem aetate viventibus Pius cognominatus post mortem honoribus divinis colitur. Saeculo XIV. Rudolfus IV. Austriae dux instantiam pro canonisatione Leopoldi apud Innocentium VI. papam fecit. Fridericus III. imperator et Matthias Corvinus Hungariae rex et multi alii nobiles hoc tempore pro inquisitionis reassumptione supplices erant. A. 1485. Innocen-

5) Cf. M. Denis, *Wiens Buchdruckergeschicht*, Wien 1793, Nr. 90.

6) Cf. H. Maschek, *Kaiser Heinrich IV. und die Gründung des Chorherrenstiftes Klosterneuburg*, Mitteilungen des österr. Instituts für Geschichtsforschung XLVII (1933) p. 186—211. Ibidem libri ad Leopoldum III. pertinentes commemorantur.

tius VIII. Leopoldum sanctorum catalogo adscripsit. Imperante Maximiliano I. die 15. mensis Februarii a. 1506. ossa marchionis e tumulo elevata et in argentea urna mire ornata translata sunt. Urnae hoc Conradi Celtis Protucii elogium⁷⁾ insculptum erat:

Austriaco princeps fueram Leopoldus in orbe
Iustitia populos et pietate regens.
Hoc ego fundavi divino munere templum,
Flammeolo signum dum mihi ab arce datum est.
5 Innocuus papa octavus dum sederat urbe,
Tertius et Caesar dum Fridericus erat,
Hi iussere mei transferri corporis artus
Atque inter sanctos me retulere viros,
Ut vota exciperem, quae totus dat mihi mundus,
10 Nec sinerem cassas ullius esse preces.
Praepositus tunc Hechtel erat post tempora Christi
Mille quadringentis octuaginta tribus.

7) C. Celtis, *Fünf Bücher Epigramme*, ed. K. Hartfelder, Berlin 1881, lib. V, nr. 19. et H. Rupprich, *Der Briefwechsel des Konrad Celtis*, München 1934, p. 359.

THOMAS STRETZINGER

ORATIO DE DIVO LEOPOLDO III. AUSTRIAEC MARCHIONE
IN UNIVERSITATE VINDOBONENSI HABITA.

Dedicatio.

Reverendo in Christo patri et domino domino Georgio prae-
posito monasterii Neunburgae Claustralis dignissimo imperatoriique
regiminis regenti et consuli magnifico eminentissimoque viro ma-
gistro Vincentio praefati coenobii decano meritissimo, conventui,
patribus et dominis omni claritudinis eminentia praestantissimis ac
devotis magister Thomas Stretzinger ex Neunburga Forensi se ip-
sum plurimum commendat.

Optabat Academicus Plato, qui ab egregio corporis habitu, 1
ut Diogenes Laertius locuples testis est, hoc vocatus est nomine,
memoriam suam in libris a se editis relinqu. Is demum Heracli- 2
teorum, Pythagoricorum ac Socraticorum dissentientes rationes pro-
fundo et docto ingenio taliter coire disposuit, ut ferme sub unico
corpore triplicem philosophiae compegerit statum. Hinc, praesul 3
et imperatorii senatus regens et consul magnifice, decane magister
Vincenti eminentissime, tu quoque, sacra patrum et spectabilis con-
ventus collectio, ipse mecum taliter persuasus constitui sincerius
modicam hanc et tenuem ingenii mei elucubratiunculam vestris
addere chartaceis supellectilibus rem iucundam, gratam accep-
tamque me in hoc fecisse arbitrans, tum quo sanctissimi Leopoldi 4
fundatoris et patroni coenobii vestri pientissimi insignem vitam ac
egregias virtutes poetarum apologis, historicorum rebus gestis,
moralium et theologorum sacratissimis dictis confecerim, tum quia
virorum illustrium optima facta ex Plutarcho, Tito Livio, Iustino
Trogi Pompeii abbreviatore, Lucio Floro, Diodoro Siculo, Valerio
Maximo, Probo Aemilio, Quinto Rufo, Polybio, Lactantio, Ioanne
Bocatio. Taceo de primaevis nostrae religionis patribus, quae 5
omnia ad Leopoldum vestrum sanctissimum comparando con-
gessi. Apum naturam in hoc imitatus, quae, ut Macrobius docet, 6
sucum varium in unum saporem proprietate spiritus sui mutant,

ita aequaliter extranea exempla domesticis aspersa inquiete Valerio Maximo ipsa varietate multum delectant. Accipite igitur animo ⁷ sincero et boni consulite, o patres et viri celeberrimi, eam de divo Leopoldo orationem, quam superioribus diebus in facie Viennensis gymnasii publica sub contione recitavi eandemque in chalco-graphicam notitiam vestris sub nominibus accedere disposui, qua me commendatum, praesentem, paratum obligatissimumque ofero. Datum Viennae sub anno domini 1513. ⁸

Oratio.

Subeunti de laudibus sanctissimi Leopoldi quondam mar-¹ chionatus Austriae principis pientissimi tam sublime, tam excellens ac operosissimum dicendi munus, litteratorum decus et gloria, rector magnifice, facultatum singularum doctores virtutibus et titulis praestantissimis candidissimi, tu quoque, ingenua auditorum glomerata caterva, huic, ut satis comperto teneri videtur, verba non exotica, silvestria aut peregrina neque Hyblaeo, sed Castalio melle perlitata, ponderosa, insuper sententiarum suco et sale respersa gravedo concinnataque orationis luculentia et verborum prosperitas summe ac maxime idonea et pernecessaria censebitur, quibus et ² sanctissimi Leopoldi generosum originis stemma, splendores egregios, eximiam gloriam, virtutes inexhaustas, innocentiam, pietatem, clementiam, liberalitatem, munificentiam, mirificam largitatem, religionis cultum, moderationis ac principatus integritatem, regiminis excellentiam, vitae beatissimae et feliciter actae sanctimoniam et reliqua praeclare gesta optimaque facinora egregie insignita pro semihorulae brevitate commendando praedicaret atque efferendo magnifice extolleret, cui profecto neque Senecae Stoicorum acu-³ tissimi memoria sufficeret, quae tanta fuit eodem in primo libro declamationum suarum testante, ut non ad usum dumtaxat sufficerit, sed in miraculum usque procedebat, neque consentanea videatur tali Thracis Orphei eloquiosa dulcedo, qua, ut mystico dicitur et sub cortice, movere silvas et flumina sistere et feras mites facere solebat, neque Hegesiae Cyrenaici philosophi verbosa gravitas, qua audientium pectora misere sic affecerat, ut multis voluntariam mortis appetendae cupiditatem ingerere videbatur, neque eloquentiae Pistrati Atheniensis dulcorosa maiestas huic idonea iudicaretur, quae tantum valorem habuisse perhibetur, ut ea de re Athenienses imperium eidem obtulerant, quoniam, ubi de divini opificis maiestate ⁴ et laude in sanctis suis commemoranda agitur, natura deficit, si-

let ingenium et caliginis nubecula fuscatur, intellectus terreno pondere pressus animusque maiore corporis sarcina eliditur et minus agilis est.

Ad institutam igitur dicendi provinciam accessuro mihi iejuno 5 ac paene imperito et inculta barbarie pleno livor edax, letalis vi- ventium pestis. Strigosus calumniae bovinator et ii, quibus videbor 6 forte opportunus iniuria, aculeis acrioribus, stomachosa dicacitate, impetuosa rabie verbisque veneniferis perridicule occursuri frequen- tem ac crebram huius munera temeritatem inertia plenam dicendo accusabunt. Sed iras abiciant et turgida deleniant pectora. Ipse 7 non inscius eram haud aliquam esse adeo modestam felicitatem, quae malignantium dentes evitare posset. Idem mihi super sessio- nis discessum ab his dicendi provinciis dudum persuaseram. Sed 8 crebra ac honestissima postulatione sacrorum theosphantium illectus, persuasus atque inducitus, quibus profecto reluctari minime licuis- set, maioribusque morem gerere volens, cum et illis parere prae- ceptum sit, subsiciva quadam necessitudine ad onus illud non mea sponte, sed iussus accessi et de his praetergrediens, ut Chilonicum brevitati consulens observem morem directurus navigii proram in votorum atque institutae professionis expeditionem, ne nauta incertus rapidis pericliter undis, ad immortalis dei optimi maximi deiparam virginem Mariam, unde salus et necessitudinis adiutorium universis exoritur, nobis accedendum est, cuius pien- tissimo ductu tutior iter reliquum aggredior. Patrocinium eius in- 9 timo cordis optatu ipsi mecum devote imploraturi angelicum Ga- brielis et gratissimum recitemus eulogium dicentes: Ave, Maria.

Vetusta scriptorum auctoritas classicique historiarum et anna- 10 lium chronographi, dum illustrium virorum virtutes commemorant, priscos reges, principes magnificos, duces virtute plurima et mili- tari disciplina insignes, proceres, sublimes et reliquos, in quibus spectati facinoris fama clariusse comperta est, afferre et memoriae prodere solent. Gravitatem in eisdem laudant, constantiam appro- bant, magnitudinem animi extollunt, probitatem moderaminisque, sinceritatis et virtutum multiforme exercitamentum in illis amant, praedicant et commendando scriptis perennibus eadem posteritatii relinquunt. Hos si quacumque ex parte Leopoldo nostro sanctissimo 11 comparabimus, Leopoldus tales aequali virtutum insignio nedum aequavit, sed indicibiliter antecellens ultra reliquos laudatissimus evasit atque praetergressus est comparatusque vel vetustae genti- litatis principibus aut nostrae religionis primariis hominibus, id

quod in aliis sparsim ac singulariter extollendo commendatur, hoc ferme totum in Leopoldo nostro sanctissimo maiori sanctimonia cumulatissime invenitur, quod satis clare ac luculenter subsequentium relata historica introductione consequi celerime poterimus.

Gloriantur alii de antiquitate generis et partu nobili et generoso, quales sunt Miltiades, Themistocles et reliqui maiorum gloria et sanguinis splendore illustres: Leopoldus hos facile vincet, qui non ex faece plebeia neque populari editus propagine, sed imperatoria et principum scaturigine originem trahens nascitur ex familia utriusque parentis summa claritudine, illustri patre Leopoldo cognomine Formoso, matre vero Itha Henrici tertii imperatoris filia. Effertur Tiberius Gracchus, qui iuvenis existens virtute multa clarus et celebris a pueritia fuit: Leopoldus mox natus et ab infantia inter opes innumeratas et multiplices luxus primum vitae exordium sic instituere voluit, ut ad initiorum regulam iuxta divi Hieronymi praeceptum reliqua vita decurrere posset. Pomponius Atticus in pueritia sic explendescebat, ut generosi condiscipuli animo aequo id ferre non valuerant: Leopoldus amoeniores litteras, humanitatis et divinae theosophiae studia iuvenili sub aetate complexus est. Cato ille Romanus dietim virtutibus maioribus claruit atque accrevit: Leopoldus gloriosam virtutem nequaquam diminuit, sed ampliori ferventia de virtute in virtutem iuxta psalmographi vocem progressus est. Dion ille Syracusanus multa a natura habuit bona: Leopoldus Dione longe meliora consecutus est bona; nam in corporalibus vitam tranquillam, sanitatem, robur, bonam corporis habitudinem et integritatis pulchritudinem habuit. In eis, quae ad animum pertinent, ingenio, arte, prudentia, consilio, maturitate, summa beatitudine claruit, in eis, quae extrinsecus adveniunt, divitiis, gloria, honore, nobilitate, principatu, uxore et liberis felicissime vixit. Erechtheus populo Athenensi in regem a Minerva traditur: Leopoldus a deo summo optimo maximo Austriacis in marchionem praeficitur. Timotheus paternam gloriam virtutibus auxit: Leopoldus quadraginta annis principatum Austriae regens maiores suos orthodoxos tanto claritudinis candore antecelluit, quanto diuturniori et perpetua memoria et singulari beatitudine ultra reliquos meruit divinitus insigniri. Caius Fabricius honestatis sequax dictus est: Leopoldus in magna pecunia licentia vel libertate constitutus inter coniugales curas, naturalium affectiones, regiminis molestias et saeculi gloriam multipliciter honestatis prae se tulit indicium. Cimon prudenter regni

sceptra gerebat maximaque misericordia conspicuus effertur: Leopoldus inter fortunae irritamenta more sollertia virginis vixerat, quae inter spineta flores illaesis digitis decerpit spinarumque aculeos separatim vilescere permittit; nec minora Cimonicae pietatis Leopoldus subibat munera, sed lassos roborans, vacillantes confirmans, oppressos sublevans, inopes fovens magnum misericordiae opus eisdem impertitus est. Memnon et Aristides iusti cognomi-²³ nati sunt: Leopoldus iuxta evangelici prophetae Isaiae praeceptum taliter in lege et iustitia ambulabat. Veritatem enim dixit, deiecit ²⁴ avaritiam, excussit manus suas ab omni munere, obduravit aures, ne audirent innocentis sanguinem, oculosque clausit, ne viderent malum, nec impium pro muneribus iustificare voluit, quibus iustitiam iusti auferret ab eo. Magnum insuper aliud iustitiae munus suscepit;²⁵ pupillos enim et viduas et auxilio indigentes tueri atque defendere coepit eosque naturali humanitate fovere atque eisdem prodesse conatus est. Iustinianus Augustalem dignitatem legibus a se editis ²⁶ ornavit: Leopoldus pupillo et humili iustissime iudicavit nec leges umquam iniquas iuxta Isaiae vocem condere voluit vel iniustitiam promovere, quibus pauperes in iudicio opprimeret. Agrigentinus Gel-²⁷ lias liberalis praedicatur: Leopoldus vero liberalitatis rationem subierat, cum et aliis bona sua libenter impertitus sit, et ab alienarum rerum cupiditate totus extraneus fuit. Timoleon maluit plus ²⁸ diligi quam metui: Leopoldus taliter gubernationis suae sceptra tenuit, ut a deo et hominibus dilectus sit. Iason eloquentissimus ²⁹ homines non bello, sed orationis dulcedine acquisivit: Leopoldus populum subiectum benevolentia ita rexit, ut verbo pariter et exemplo cunctis praeesset et clementia, quae maxime principem decet, singulos mansuetiores faceret. Tiberius in exigendis tributis ³⁰ modestia usus est: Leopoldus nedum aliquo exactioonis onere, sed neque iniustitia, crudelitate, perfidia, tyrannicidio, cupiditate, discordia, detractione aut quopiam livoris odio subiectum populum afficere aut deprimere voluit. Alcibiades patriae amator dicitur: Leo-³¹ poldus benevolentia, amicitia et paterno amore creditam Austriam et patriam tuebatur, ut contra singula discriminum pericula tutelam et necessitudinis iuvamen praestiterit. Phocion Atheniensis ³² bonitatis cognomen sortitus est: Leopoldus vere bonitatis nomine resulgebat, cum nihil in deum, nihil in suos, nihil in proximum, nihil in subactam plebem delinquens neque supina procrastinatione vel ulteriori pigra dilatione a bonitate discedens in via peccatorum stetit, sed in lege domini meditatus est die ac nocte.

Miltiades adeo humilis erat, ut nullus tam depressae condicionis ³³ homo esset, cui liber accessus ad eum non patebat; Leopoldus ab omni principatus fastu remotissimus fuit propriamque excellētiā, ut humilitatis ratio est, contempsit, nam cum superbi propriū esse solet maioribus non obtemperare, ab aequalibus dissentire et infimos despiceret.

Leopoldus taliter maiores, etiam vicarium Christi in terris et ³⁴ Caesarianae potentiae imperatorem honorando tractavit, ut ab altero Innocentio papa secundo quemadmodum verissimus beati Petri filius dictus sit, ab altero vero Henrico imperatore quarto filiae suae Agnetis matrimonio meruit insigniri. Nec dissentiebat ab ³⁵ aequalibus, sed, quemadmodum Achilles ob promissas Polyxenae nuptias a praeliis Troiae se abstinuerat, ita Leopoldus ob aethereae beatitudinis imperium tranquille et pacifice vivere volens prae-liorum vastationibus se non contaminavit et subiectos non contemnendo, sed paterno favore tractando eosdem pientissime prosecutus est. Hannibal principum fortissimus praedicatur: operosius ³⁶ fortitudinis virtutem Leopoldus exercuit. Esto, hac re Valerius ³⁷ Publicola, Furius Camillus, Marcus Rutilius, Censorinus et reliqui, qui Victoriae insignes et fortitudine clari fuere, efferantur: praestan-tius tamen, maius et fortius seipsum quam hostem superare Leo-poldus indicavit. Pyrthus summus atque invictus fuit et Seleucus ³⁸ victorem victorum se aestimat: Leopoldus subactis hostibus et corporis et animae singulis invictus aetherea in arce imperat pot-entissime. Antoninus XVI. Romanorum imperator typum et figu-³⁹ ram beati Leopoldi gerere visus est, qui et cognomine Pius et pater patriae dictus est: Leopoldus simili pietatis insignitus est nomine et titulo sublimi et praecipuo, quo maior non est. Solet ⁴⁰ namque pietas Ciceronis testimonio mater esse et fundamentum reliquarum virtutum et unum et solum bonum Lactantio teste, quod nec daemon malus nec fatum tenet. Priamus ex Hecuba de-⁴¹ cem et octo suscepit natos: Leopoldus ex uxore Agnete aequalem natorum complevit numerum. Octavianus Augustus orbis dominus ⁴² filios ad currum, ad saltum et ad multiforme belli exercitium filias-que ad lanificium et textrinum opus instruere fecit, ut, si aliquando egere contingaret, per artem vivere possent: Leopoldus natos virtuosis operibus sic institui voluit, ut perpetuae miseriae aerumnam evade-rent. Agamemnon ad placandam Dianaē iram Iphigeniam filiam suam ⁴³ sacrificat: Leopoldus Conradum et Ottонem filios pro religione et servitute divinali deo mancipavit. Idomeneus de re sibi quacumque ⁴⁴

primitus obvia deo sacrificare promittit: Leopoldus mox comperto
uxoris flammeolo eo in loco monasterium deo et beatae Mariae
virgini indilatate erigere statuit. Numa Pompilius templa construxit,⁴⁵
sacerdotes ordinavit et deorum immortalium cultum ac precationes
adinvenerunt: Leopoldus aedificatis funditus monasteriis duobus et
restauratis plurimis viros religiosos et deo sanctitate ac precationi-
bus continuis devotos eisdem praefecit. Agesilaus vetuit fugientes⁴⁶
in templo violari: Leopoldus constructas a se ecclesias apostolico
mandato ita communivit, ut raptiores de illis gravi sub anathemate
pontifex maximus damnavit. Philippus et pater et filius imperii⁴⁷
divitias in thesauros et bona ecclesiae ac in usus et administrationem
pauperum ordinaverunt: Leopoldus patrios agros, innume-
rables opes, multiplices divitias et proprios thesauros in religiosorum
ac pauperum sustentationem magnifice elargitus est. Sub⁴⁸
Thessalionis Sicyoniorum regis gubernatione tempora iucunda ac
prospera fuere: sub divi Leopoldi regimine incolae ab adversario-
rum incursione et hostium modestia defensi coeli opifice infavente
rebus suis prospere usi sunt. Ptolemaeus magna rerum gestarum⁴⁹
gloria moritur: Leopoldus summo claritatis nitore ac perfecto
virtutum cumulo conspicuus anno domini supra millesimum cen-
tesimum tricesimo sexto decima quinta Novembbris rebus subtrahi-
tur humanis. Diomedes, dum ex clade Troianorum victor reverti-⁵⁰
batur, cum Dauno rege partem regni sortitus est et Aeneas post
diversas et multiplices victorias tutior regnat, Pompeius, Marius,
Fabius et reliqui post subactos hostes ingenti gloria triumphant:
Leopoldus post huius lacrimosae vallis transitum, post multiplicem
obstantium victoram regnum et sempiterna quietis imperium cum
deo optimo maximo consecutus est, quale non Lacedaemonius
Leonidas, non Thebanus Epaminondas, non Atheniensis Codrus,
non Romani Decii, non Publili Scipiones umquam habuere vel
contemplando experti sunt, illicque tranquillo otio, pace sempiterna
triumphans aevo immortali fruitur beatissime. Defletur mors Ale-⁵¹
xandri regis Epiri Eumenesque Craterum amplio funere extulit:
Leopoldus ab uxore et liberis die funesto dolore luctuosisque
lacrimis prosecutus a pontifice maximo Innocentio secundo magni-
fice effertur, plenaria ac apostolica absolutione dignus post mor-
tem iudicatur uxorque et filii relictii super morte Leopoldi a pree-
fato Innocentio paterno affectu consolantur pientissime. Alexan-⁵²
der Magnus iubet corpus condi in templo Hammonis corpusque Iu-
lli Caesaris in solidam columnam tumulatum est: Leopoldus in be-

atae Mariae virginis coenobio Neunburgae Claustralibus, quod idem extruxerat, religiosissime sepelitur. Prodigia ante mortem Caesaris 53 Iulii facta sunt grandia: Leopoldi mortem tanta miraculorum coruscalio, quae ultra naturam et hominum valentiam erat, sequebatur permaxima. Argus post obitum deus haberi coepitus est, Pallanti 54 divini honores a Parthenis decernuntur Iphicratesque apud suos in summa laude habitus est: Leopoldus multiplicatis miraculorum frequentiis maximis imperatoris Friderici tertii instantiis, Maximiliani Romanorum regis Matthiaeque Corvini regis Hungariae, principum denique ducum, baronum, procerum, civium, popularium creberrimis orationibus ad canonisationem sollicitatur, ubi perspecta et examinata vitae sanctimonia et visa miraculorum frequentia ab Innocentio octavo, pontifice maximo in catalogum sanctorum et in minorum confessorum numerum ascribitur sanctusque haberi et ab omnibus venerari praecipitur. Pallas imperante Henrico se- 55 cundo effoditur: Leopoldus sub pontificatu Iulfi secundi et imperio Maximiliani Romanorum regis invictissimi ex terrae visceribus, ut novimus singuli, anno domini millesimo quingentesimo sexto magnifice transfertur. Hector ob incredibilem eius prudentiam non 56 solum parentes, sed et patriam perenni nobilitate ac gloria splendida fecit: Leopoldus terram Austriae illustri sanctitatis et rerum gestarum nitore cantatissimam reddidit. Hamilcar viris, equis, armis, 57 pecunia totam locupletavit Africam: Leopoldus frequenti patrocinatus opitulamine invocantes et preces devotas ad eum tendentes in bonis corporis et animae crescere dirigit eiusque benigna ope terra Australium augetur, florescit et maiori incremento propagatur. Ulysses dictus est multimodus quasi ad omnia modum habens: 58 Leopoldus vere Ulysses dicendus et his omnibus iustissime anteponendus venit, cum ab eo uno maximarum virtutum exempla habeantur, et, ut de viris nostrae professionis uno verbo concludam, erat in Leopoldo nostro sanctissimo religio Abel, Abrahae fides, patientia Isaac, continentia Ioseph, Iob sinceritas, misericordia Moysi, probitas Samuelis, David, Eliae ac Ioannis vehemens charitas, Salomonis sapientia, Tobiae integritas, Danielis iudicium.

Ex quibus omnibus virtus et sanctitas beatissimi Leopoldi 59 adeo conflata est, ut ad summum laudis maxima cumulum nihil posset accedere. Dixi.

APPENDIX.

Ioachimus Vadianus

Ad magistrum Thomam Stretzinger.

*Eruis historis heroica gesta vetustis
Et momenta liber maxima parvus habet,
Quo, quantum fidei virtus sibi vindicet et quam
Pessundet pietas ethnica facta, doces.
5 Dum meriti titulos repetit Leopoldus honoris,
Et decus hoc famae te duce maius adest.
Nempe tibi debent cum omnes, tum Pannonis ora,
Cuius in obscuro non sinis esse deos.*

ANNOTATIONES CRITICAE.

Dedicatio. — *Tit.* Dedicatio] *om.* — 1. achademicus — 3. cartaceis suppellectilibus — iocundam — 4. Quinto] Sexto — Ruffo — Polybio] Polydoro — 6. succum

Oratio. — *Tit.* Oratio] *om.* — 1. perlita — succo — 2. stema — 3. Athenensi — 6. hii — oportunus — 7. deliniant — supersessionis — 8. subcisia — 10. autoritas — 13. Milciades, Temistocles — Itha] Etha — 16. acreuit — 17. consequutus — 19. Erichteus — 20. Thimoteus — 23. Memmon — iusticia — 24. imperium *in exemplari Claustroneoburg. manu coeva corr.* *in impium* — iusticiam — aufferret — 25. eisdem] eidem — 26. unquam — 27. Gillia — 28. Thimoleon — 29. aquisiuit — 30. iniusticia — 33. Milciades — conditionis — 34. quemadmodum] quoniam — 35. Polixene — objectos *in exemplari Claustroneoburg. manu coeva corr.* *in subiectos* — plentissimo prosequutus — 38. imparat — 39. Anthonius — 44. Hydumeneus — 48. Tessalionis — Sicyoniorum] Sichimorum — iocunda — 50. lachrimosae — consequutus — leonida — Epaminundas — unquam — ocio — sempiterno — 51. craterum — lachrymis prosequutus — 52 Hamonis — Mariae] Matiae — 54. Palantho — terci — Mathiaeque — Vngariae — catalogum — 57. Africam — 58. Heliae — Thobiae


Appendix. — *Tit.* Ioachimus—Stretzinger] Ioachimi Vadiani ad magistrum Thomam Stretzinger octostichon — 3. uendicet

INDEX NOMINUM.

a: Appendix — d: Dedicatio — t: titulus — v.: vide.

- Abel 58
Abraham 58
Academicus Plato d 1
Achilles 35
Aemilius Probus, v. Probus, Aemilius.
Aeneas 50
Africa 57
Agamemnon 43
Agesilaus 46
Agnes, uxor Leopoldi III. 34 41
Agrigentinus Gellias 27
Alcibiades 31
Alexander Magnus 52
Alexander, rex Epiri 51
Ammon, v. Hammon.
Antoninus Pius 39
Argus 54
Aristides 23
Athenienses 3
Atheniensis Codrus 50
Atheniensis Phocion 32
Atheniensis Pisistratus 3
Atheniensis populus 19
Atticus, Pomponius 15
Augustalis dignitas 26
Augustus, Octavianus 42
Australes 57
Austria 1 20 31 56
Austriaci 19
Bocatius, Ioannes d 4
Caesar, C. Iulius 52—53
Caesariana potentia 34
Camillus, Furius 37
Castalium mel 1
Cato Censorinus 16 37
Censorinus, Cato, v. Cato Censorinus.
Chilonicus mos 8
Christus d t — 34
Cicero 40
Cimon 22
Cimonica pietas 22
Codrus 50
Conradus, filius Leopoldi III. 43
Corvinus, Matthias, v. Matthias Corvinus.
Craterus 51
Curtius Rufus, Q., v. Rufus, Q. Curtius.
Cyrenaicus Hegeſias 3
Daniel 58
Daunus 50
David 58
Decii 50
Diana 43
Diodorus Siculus d 4
Diogenes Laertius d 1
Diomedes 50
Dion Syracusanus 17 (bis)
Elias 58
Epaminondas 50
Erechtheus 19
Eumenes 51
Fabius Cunctator 50
Fabricius, C. 21
Florus, L. d 4
Formosus, v. Leopoldus II.
Fridericus III., imp. 54
Furius Camillus, v. Camillus, Furius.
Gabriel archangelus 9
Gellias 27
Gracchus, Tib. 14
Hamilcar 57
Hammon 52
Hannibal 36
Hausmanstetter, Georgius, praepositus d t
Hector 56
Hecuba 41
Hegeſias 3
Henricus II. imp. 55
Henricus III., imp. 13
Henricus IV., imp. 34
Heraclitei d 2
Hieronymus divus 14
Hungaria 54
Hyblaenum mel 1
Iason 29
Idomeneus 44
Innocentius II., papa 34 51
Innocentius VIII., papa 54
Ioannes apostolus 58
Iob 58
Joseph 58
Iphicrates 54
Iphigenia 43
Isaac 58
Isaias 23 26

- Itha, mater Leopoldi III. 13
 Iulius II. papa 55
 Iustinianus 26
 Iustinus d 4
 Lacedaemonius Leonidas 50
 Lactantius d 4 — 40
 Leonidas 50
 Leopoldus II. (Formosus), pater Leopoldi III. 26
 Leopoldus III., d 4—5 7 — 1 2 12 (ler)
 13—17 19—21 22 (bis) 23 26—38
 39 (bis) 41—50 51 (bis) 52—57 58
 (bis) 59 — a 5
 Livius d 4
 Macrobius d 6
 Maia virgo 8 9 44
 Marius 50
 Mathias Corvinus 54
 Maximilianus 54—55
 Maximus, Valerius, v. Valerius Maximus.
 Memnon 23
 Miltiades 13 33
 Minerva 19
 Moyses 58
 Neunburga Claustral is d t 52
 Neunburga Forensis d t
 November (mensis) 49
 Numa Pompilius 45
 Octavianus Augustus 42
 Orpheus 3
 Otto, episc. Frisingensis, filius Leopoldi III. 43
 Pallas 54—55
 Pannonic ora a 7
 Partheni 54
 Petrus apostolus 34
 Philippus, pater et filius, reges Macedoniae 47
 Phocion 32
 Pisistratus 3
 Plato d 1
 Plutarchus d 4
 Polybius d 4
 Polyxena 35
 Pompeius Magnus 50
 Pompeius Trogus, v. Trogus, Pompeius.
 Pomponius Atticus, v. Atticus, Pomponius.
 Priamus 41
 Probus, Aemilius d 4
 Ptolemaeus 49
 Publicola, Valerius, v. Valerius Publicola.
 Pyrrhus 38
 Pythagorici d 2
 Romani 39 54—55
 Romani Decii 50
 Romanus Cato 16
 Rufus, Q. Curtius d 4
 Rutilius, Marcus 37
 Salomon 58
 Samuel 58
 Scipiones, Publ ii 50
 Seleucus 38
 Seneca 3
 Sicyonii 48
 Socrat i c d 2
 Stoici 3
 Streitzinger, Thomas d t (bis) — a t
 Syracuseus Dion 17
 Tiberius Caesar 30
 Timoleon 28
 Timotheus 20
 Thebanus Epaminondas 50
 Themistocles 13
 Thessalio 48
 Thrax Orpheus 3
 Tobias 58
 Trogus, Pompeius d 4
 Troia 35
 Troiani 50
 Ulysses 58 (bis)
 Vadianus, Ioachimus a t
 Valerius Maximus d 4 6
 Valerius Publicola 37
 Vienna d 8
 Viennense gymnasium d 7
 Weissenberger, Vincentius, decanus d t 3



BIBLIOTHECA
SCRIPTORUM MEDII RECENTISQUE AEVORUM

SAECULA XII—XIII.

P. magister , quondam Bele regis Hungarie notarius, <i>Gesta Hungarorum</i> , ed. <i>Juhász</i> . 1932. — — — — —	<i>RM</i> 5.40
--	--------------------------

SAECULUM XIII.

De orthographia (incerti auctoris), ed. <i>Born</i> . [Apparebit.] Garlandia , Iohannes de, <i>Integumenta fabularum Ovidii</i> , ed. <i>Born</i> . [Excuduntur.]	
---	--

SAECULA XIII—XIV.

Dantes Alagherius , <i>Epidotae</i> , edd. <i>Nachod</i> — <i>Stern</i> . [Apparebunt.]	
--	--

SAECULA XIV—XV.

Ravenna , Iohannes de, <i>Epistolae</i> , ed. <i>Smith</i> . [Apparebunt.] Salutatus , Coluccius, <i>De saeculo et religione</i> , ed. <i>Ullman</i> . [Apparebit.]	
--	--

SAECULUM XV.

Barbarus , Franciscus, <i>Epistolae</i> , ed. <i>Gothein</i> . [Apparebunt.] — <i>Orationes. Una cum orationibus ad eundem habitis</i> , ed. <i>Gothein</i> . [Apparebunt.]	1.50
Barius , Nicolaus — Kostolan , Georgius Polycarpus de — Hungarus , Simon — Zagabriensis , Georgius Augustinus, <i>Reliquiae</i> , ed. <i>Juhász</i> , 1932. — — — — —	
Brandolinus , Aurelius, <i>De comparatione rei publicae et regni ad Laurentium Medicen</i> , ed. <i>P. Angyal</i> . [Apparebit.] — <i>Dialogus de humanae vitae condicione et toleranda corporis aegritudine</i> , ed. <i>Iványi</i> . [Apparebit.]	
Callimachus Experiens , Attila. <i>Accedunt opuscula Quintii Aemiliani Cimbraici ad Attilam pertinentia</i> , ed. <i>Kardos</i> . 1932. — —	1.70
Corsinus , Amerigus, <i>Compendium in vitam Cosmi Medicis ad Laurentium Medicem</i> , ed. <i>Juhász</i> . 1934.	2.—
Cortesius , Alexander, <i>De laudibus bellicis Matthiae Corvini Hungariae regis</i> , ed. <i>Fögel</i> . 1934.	2.—
Debrenthe , Thomas de, <i>Oratio ad Pium II. papam</i> . — <i>Epistolae</i> , ed. <i>Iványi</i> . [Apparebunt.]	
Facius , Bartholomaeus, <i>Invectivae in Laurentium Vallam</i> , ed. <i>Valentini</i> . [Apparebunt.]	
Ficinus , Marsilius, <i>Epistolae</i> , ed. <i>Kristeller</i> . [Apparebunt.]	
Hungarus , Simon, v. Barius , Nicolaus.	
Kostolan , Georgius Polycarpus de, v. Barius , Nicolaus.	
Martius Narniensis , Galeottus, <i>Carmina</i> , ed. <i>Juhász</i> . 1932. — —	1.80
— <i>De egregie, sapienter, iocose dictis ac factis regis Mathiae ad ducem Iohannem eius filium liber</i> , ed. <i>Juhász</i> . [Excuditur.]	
— <i>De incognitis vulgo</i> , edd. <i>Juhász</i> — <i>Kardos</i> [Apparebit.]	1.—
— <i>Epistolae</i> , ed. <i>Juhász</i> . 1930. — — — — —	
— <i>Invectivae in Franciscum Philelphum</i> , ed. <i>Juhász</i> . 1932. — —	2.50
Pannonius , Janus, <i>Opera</i> , ed. <i>Huszti</i> . [Apparebunt.]	

Philelfus , Franciscus, Sphortias, edd. <i>Fögel—Juhász.</i> [Apparebit.]	
Ransanus , Petrus, Epitoma rerum Hungararum, ed. <i>Juhász.</i> [Excuditur.]	
Savonensis , Guilhelmus, Dialogus, an mortui sint lugendi an non, ed. <i>Maschek.</i> [Apparebit.]	
Seneca , Thomas, Historia Bononiensis. Qualiter Galeatus Marescottus eques extraxit Hannibalem Bentevolum de carceribus et reliqua per utrumque gesta. Carmen epicum, ed. <i>Fögel.</i> 1932.	3.60
Strozza , Titus Vespasianus, v. Saecula XV—XVI.	
Valagussa , Georgius, Epistolae, ed. <i>Juhász.</i> [Apparebunt.]	
Vitez de Zredna, Iohannes, Epistolae — Orationes, ed. <i>Juhász.</i> [Apparebunt.]	
Zagabriensis , Georgius Augustinus, v. Barius, Nicolaus.	
Zovenzonius , Raphael, Carmina, edd. <i>Fögel—Juhász.</i> [Apparebunt.]	

SAECULA XV—XVI.

Andronicus Tragurinus, Matthaeus, Epithalamium in nuptias Vladislai Pannonicarum ac Boemiae regis et Annae Candaliae reginae, ed. <i>Juhász.</i> 1933.	1.—
Balbus , Hieronymus, Epigrammata, ed. <i>Iványi.</i> [Apparebunt.]	
Celtis Protocius, Conradus, Ludus Diana — Rhapsodia, ed. <i>Rupprich.</i> [Apparebunt.]	
— Oratio in gymnasio in Ingelstadio publice recitata. Cum carminibus ad orationem pertinentibus, ed. <i>Rupprich.</i> 1932.	1.30
— Quattuor libri Amorum secundum quatuor latera Germaniae — Descriptio Germaniae generalis. Accedunt carmina aliorum ad libros Amorum pertinentia, ed. <i>Pindter.</i> [Excuduntur.]	
Fontius , Bartholomeus, Carmina, edd. <i>Fögel—Juhász.</i> 1932.	2.—
— Epistolarum libri III., ed. <i>Juhász.</i> 1931.	4.50
Naldius (de Naldis) Florentinus, Naldus, De laudibus Bibliothecae libri IV. ad Mathiam Corvinum Pannoniae regem, edd. <i>Juhász—Mocarski.</i> [Apparebunt.]	
— Elegiarum libri III. ad Laurentium Medicen, ed. <i>Juhász.</i> 1934.	5.60
Piso , Iacobus, Opera, ed. <i>Juhász.</i> [Apparebunt.]	
Strozza , Titus Vespasianus, Borsias (Fragmenta) — Bucolicon liber, edd. <i>Fögel—Juhász.</i> 1933.	1.40
Verinus , Ugolinus, Carlias, edd. <i>Fögel—Juhász.</i> [Apparebit.]	
— Epigrammatum libri VII. edd. <i>Fögel—Juhász.</i> [Apparebunt.]	
— Panegyricum ad Ferdinandum regem et Isabellam reginam Hispaniarum de Saracena Baetidos gloria expugnatione, edd. <i>Fögel—Juhász.</i> 1933.	2.20
Warda , Petrus de, Epistolae, ed. <i>Iványi.</i> [Apparebunt.]	

SAECULUM XVI.

Duditius , Andreas, Epistolae, edd. <i>Costil—Juhász.</i> [Apparebunt.]	
— Opera varia, edd. <i>Costil—Juhász.</i> [Apparebunt.]	
Merenda , Livius, Hercules — Seilas [Fragmenta]. Ludi scenici, ed. <i>Tescari.</i> [Apparebunt.]	
Olahus , Nicolaus, Carmina, edd. <i>Fögel—Juhász.</i> [Excuduntur.]	
Sambucus , Iohannes, Epistolae, ed. <i>Gerstinger.</i> [Apparebunt.]	
Stretzinger , Thomas, Oratio de divo Leopoldo III. Austriae marchione in universitate Vindobonensi habita, ed. <i>Maschek.</i> 1934.	1.—

SAECULA XVI—XVII.

Istvánffy , Nicolaus, Carmina, ed. <i>Holub.</i> [Apparebunt.]
